

ADDITAMENTA.

HISTRIA.

ad p. 1 n. IV. Prosperi Petronii collectanea vetus amicus et horum meorum laborum optimus adiutor Thomas Luciani maiore ex parte nuper ipsa repperit, scilicet prioris tomi capita VIII—XII in paginis 180 servatis Capodistriae apud marchionem Antaeum Gravisi, posteriorem tomum integrum Venetiis in tabulario publico *ai Frari* (miscell. cod. n. 110). Hic inscriptus est sic: *Delle Memorie dell' Istria sacre e profane con la più essata topografia o sia descrittione de' luoghi, che sino hora s'abbia veduto:*

il tutto tratto dall' opere de migliori scrittori, et in specie dalli scritti dell' eruditissimo Monsig^r Gia. Filippo Tomasini fu Vesc^o di C. N. Parte seconda. MDCLXXXI. 1^o Ag^{to}. Utilia sunt epigrammata Flanonensia et Albonensia (vol. III n. 3038. 3048. 3053. 3054. 3057. 3058. 3060), quorum quae aliunde ignota essent, ex codice edidit Kandler. Reliqua hoc volumine comprehensa ex Tommasinianis et Schoenlebenianis excerpta sunt neque copias nostras augent.

ad p. 2 n. VIII. Kandleri, qui natus d. 23. Mai. a. 1804 obiit nuper d. 18. Ian. 1872 (vitam enarravit scriptaque tam edita quam inedita diligenter recensuit Th. Luciani *archivio Veneto* 3, 186—208) schediasmata, in his librum inscriptionum Histricarum, post eius obitum emit provincia extantque hodie apud consilium eius Parentii. Ea mea causa intercedente Luciano meo contulit cum editis meis summa benignitate vir eximius Carolus de Franceschi.

I. NESACTIVM (p. 2).

Adde titulis huius agri praeter n. 425 repertum Ceppich ad Arsiam (v. ad eum add.) hos.

8126 ara parva, rep. Ceppich ad dextram Arsiae, hodie ex dono Luciani Albonae in curia.

HERAE
SACR

8127 Castelnuovi Boccadarsia in ruinis aediculae rusticae S. Theodori ad dextram canalis Arsiae in confiniis agri Faveriae territorii Polensis et agri Arsiae KANDL.

NVMINI · ME
LESOCO · AVG
SACRVM
CN · PAPIRIVS
EVMELVS
EX
VOTO

Th. Luciani dedit Kandlero mihique.

Eiusdem numinis sine dubio harum partium epichorii alterum titulum vide infra n. 8200, ubi dicitur *Haera domina*. Fortasse non errabit qui cum ea dea componet numen Thracicum Herois sive Heronis (vide vol. VI n. 2803—2807. 3691 et eph. epigraph. 2 p. 300 n. 368).

Kandler misit per Henzenum et Pervanoglu ediditque *Osservatore Triestino* in epistula scripta 16 Mai. 1870; Car. Buttazoni *Archeografo Triestino Nuova Serie* 2 (1870/1) p. 18.

Numinis nomen componendum est cum gentiliciis Histricis item desinentibus in *-ocus*, ut *Clangocus*, *Fervalocus*, *Laepocus*, de quibus dixi p. 45.

8128 Monticchii chil. 1 ab Altura ante portam ecclesiae parochialis.

M · ABISINIO · M · F
PROCESSO
||| SINO ET SIBI
AIVSLA SIQBAS
V · F

Th. Lucianus descripsit misitque.

Quae dantur inclinatis Luciano dubia visa sunt.

8129 Monticchii, quo dicitur venisse ex loco q. d. Visazze (v. n. 8130); extat prope aedes Matthaei Suffich destinata pabulo porcorum.

protome
excisa
SCRIBONIA · P · F
MAXIMA

Th. Luciani repperit misitque.

8130 Visazze, qui est locus 600 metr. ab Altura versus vallem Badè antiquis rudibus plenus, in macerie hortorum Gregorii Periclàs.

THIRTIVS · VIVS · SIBI
et FLIS · SVIS · F · IN · AGR
P · XXI · I · F · X

Th. Lucianus repperit misitque.

2 titulis traditur.